

LECTORI.

BIENNIIUM est, ni fallor, cum de Sirmienſi contra Photinum Synodo Baronii ſententiam aſſerere, contrariisque argumentis quibus illam Epiphaniae animadverſiones oppugnant, brevi Diatriba reſpondere conatus ſum. Hujus copiam, nec abnuente me, animadverſionum auctor naſtus cum eſſet, atque in quaestionem hanc univerſam attentius & accuratius incubuiſſet, prolixam nuper Diſſertationem Rationario ſuo adjecit, in qua non ſolum priſtina illa qua adverſus Baronium ſcripſerat, praecclare ſibi viſus eſt confirmare: ſed alia etiam haud paullo, ut ipſe ait, abſtruſiora, & digniora ſcitu, & nullius haecenus vel tenuiſſima ſuſpicionem perſtriſta, in medium proferre. Quo de utroque ne temere videar a docto viro diſſentire, quam explorata ſint qua pro certis ratifque vendicat, mearum opinor eſt partium inveſtigare. Quare ſicut prior Diatriba noſtra cum ejus animadverſionibus congreſſa eſt, ita nunc poſterior iſta cum Diſſertatione conſigetur, atque indidem unde auſpicatus eſt, ab arcanis ſcilicet nullique cognitis obſervationibus ordietur. Sed ante omnia priorem illam Diatribam, ex qua Diſſertatio nata eſt, latentem haecenus & paucorum notitiae creditam, ut totius cauſae fontem & curſum recognoſcas, oculis tuis, Lector, & arbitrio ſubjiciam.

JACOBI SIRMIONDI SOCIETATIS JESU PRESBYTERI DIATRIBA PRIMA SIRMITANA.

De anno Synodi Sirmienſis & fidei formulis in ea editis.

Pro Baronio adverſus viri docti Animadverſiones ad Epiphanium.

Quo anno erae Chriſtianae, quibusve Conſulibus congregatum ſit Concilium Sirmienſe, quot praeterea numero, & quam in eo condita ſint fidei formulae, non una eſt inter antiquos & avi noſtri Scriptores controversia. Etenim ut de anno prius diſſeramus, Socrates & Sozomenus convocatum tradunt poſt Sergii & Nigritiani Conſulatum, qui fuit annus Chriſti ccccl. At Baronius toto ſexennio ab his diſſert, celebratum docens anno cccclvii. Conſulatu Conſtantii Auguſti noſtro & Juliani Caſaris ſecundo. Socrati & Sozomeno adſtipulatur vir magni nominis & amicus noſter in Animadverſionibus ſuis ad Epiphanium.

Mihi cur potior Baronii ſententia videatur ratio eſt non obſcura, ejuſmodi certe, cui Socrates & Sozomenus reſtagari nequeant. Teſtatur enim uterque illorum Concilio Sirmienſi adſuiſſe inter ceteros Episcopos Hoſium Cordubentem. At certum eſt, ſi Concilium referas ad annum ccccl. Hoſium illi adelle omnino non potuiſſe. Enimvero ſi Hoſii lapſus, quo ad Arianam perſidiam ſubſcriptionem impuſus eſt, in ſynodo Sirmienſi contigit, ut Socrates & Sozomenus aſſerunt, ſynodum poſt Hoſii exilium coactam fateri neceſſe eſt. Quorum enim, ſi praecceſſerat ſynodus, in eaque ad Arianos jam tranſerat Hoſius, Hoſio exilium inſtigantibus Arianis a Conſtantio fuiſſet imperatum? Hoſii vero exilium qui accuratius ratiocinantur in annum Chriſti cccclvii. incidiffe ſtatunt, argumento episto-
lae S. Athanaſii ad Solitarios, quae Catholicorum antiſtitium exilia ordine perſcens, poſt mentionem Paulini Trevirenſis & Luciferi Sardiniae, Eusebii Vercellenſis, Dionyſii Mediolanenſis, quorum ille a Concilio Arelatenſi anno ccccliii. reliqui a Mediolanenſi anno cccclv. ſediſibus ſuis ſunt ejeſti, & poſt Liberii Papae relegationem, quae aliquantulum poſt ſecuta eſt, Hoſium extremo loco adnumerat, eumque narrat a Conſtantio primum in aulam accitum, atque in Hispaniam remiſſum: tum deinde ruruſ poſt datas ultero citroque litteras iterum accerſitum, & pro exilio Sirmii anno integro detentum. Quare ſi Hoſii exilio poſterior ejus lapſus fuit, ut oſenſum eſt, exilii autem initium anno congruit cccclvi. non poteſt ſynodus in qua lapſus dicitur, ad annum referri ccccl.

Sed de anno ſynodi Sirmienſis, in qua Photinus damnatus eſt, cur conjecturas quaerimus, cum de illo non

bis poſt S. Hilarii profeſſionem, quam in ejus fragmentis teſtatur videmus, ambigere non liceat? Ad collendum, inquit, ex Episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanenſi ſynodo erat haereticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur ſacerdotes. Et poſt alia. Inter haec Sirmium conveniunt. Photinus haereticus deprehensus, & a communione jam pridem unitatis abſciſſus, ne tum quidem per factionem populi poſſit amoveri. Ergo cum Mediolanenſem ſynodum Arbetione & Lolliano Conſulibus anno cccclv. celebratam fuiſſe conſtet, & Sirmienſem biennio poſt convocatam teſtetur Hilarius, cui dubium eſſe queat, quin vera & certa ſit Baronii ſententia, qui anno cccclvii. adſcribendam cenſuit? Quid quod anno ccccl. in quem ſynodum iſtam alii conſiſciunt, cum Occidentis provincias obtineret Magnentius, & bellicis motibus arderet Pannonia, vix ac ne vix quidem ſynodum in ea convocare Conſtantio licebat. quem propterea Socrates idem & Sozomenus ſecum ipſi pugnantes narrant non niſi exſtincto Magnentio, hoc eſt non ante annum ccccliii. animum ad tractandas res Eccleſiaſticas revocariſſe.

De hoc igitur priori capite, hoc eſt de ſynodi noſtrae anno jam ſatis: nunc alterum de formulis in ea conditis expendamus. Socrates enim tres in hac ſynodo editas commemorat. Primam contra Photinum, quam a Marco Arethuiſio dictatam reſert: alteram Latine ſcriptam, quae Hoſii blaſphemia dicitur ab Hilario: tertiam quae Conſules habuit, & a Socrate poſtea recitatur, cum agit de Concilio Ariminenſi. Ceterum duplex in his verbis, ut Nicolaus Faber in praefatione ſua obſervat, Socratis fuit hallucinatio. una quod prima formulae auctorem Marcum facit, cum tertiae auctorem non primae dicere debuerit: altera quod hanc tertiam in ſynodo Sirmienſi editam putat, cum ex Hypatii & Eusebii Conſulatu, quem adſcriptum habuit, ad annum cccclix. pertinere liqueat, & Sirmii quidem, non tamen in ſynodo, quae ibi nulla tunc fuit, ſed in fortuito paucorum Episcoporum congreſſu praefente Conſtantio compoſitam fuiſſe docet episto-
la Germinii, quae legitur in fragmentis Hilarianis.

Secluſa porro rejectaque a ſynodo Sirmienſi hac tertia formula, reliquae ſunt duae priores, quas in ea ſynodo ſcriptas agnoſcunt Hilarius in libro de ſynodis, & Athanaſius de ſynodo Seleucia & Arimini. quarum alteram quae adverſus Photinum promulgata eſt, ut

lib. 1.
Theodo-
ret. a. cap.
19.
Tripar.
cap. 21.

Illustra-
tur Me-
diolanen-
sis Syno-
dus.

Urfacii &
Valentis
reconci-
liatio suo
tempore
restituta.
Pag. 640.

DIONYSII PETAVII

Urfacius, & Valens, quoniam participes, & concordantes Ariani dogmatis erant, a nostra sum communione segregati. Quam ut reciperent, cognoscetes delicta, quibus peccaverunt, & veniam impetrare poterant: & rescripta eorum hac ita se habere testantur, per qua criminum veniam consecuti sunt. Erat enim tempus, quo haec gesta videntur, quando Mediolani Synodus celebrata est praesentibus Romanae Ecclesiae Presbyteris. Cognoscetes vero simul etiam post mortem dignum memoria Constantinum, cum omni integritate, & examinatione conscriptam exposuisse fidei, qui cum ab hac luce baptismate percepto discesserit, & ad praemia debita pacis abierit, incongruum esse iudicamus post illum aliquid novitatis admittere. Haec epistolam Latine conceptam retulit Hilarius in Fragmentis: sed concisam, & omisiss plurimis, quae in Graeco sunt, mutilam. Ita enim verba illa, quae descripsimus, illic leguntur. Ideo Urfacius & Valens in suspicionem ejusdem haeresos Arianae venerunt aliquando, & suspensi erant a communione; & rogaverunt veniam; sicut eorum continent scripta: quam meruerunt tunc temporis a Concilio Mediolanensi; & assistentibus etiam legatis Romanae Ecclesiae, Constantino praesente. In hoc cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens, baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutare. Ex his colliguntur quatuor, quae ad Mediolanensem istam Synodum illustrandam pertinent. Primum in ea damnatos Arianos, ac proinde celebratam esse ab Episcopis Catholicis. Deinde Romanae Ecclesiae Presbyteros, vel, ut habet Hilarius, legatos interfuisse. Quod autem Constantino praesente facta esse apud eundem Hilarium legitur, id in Graeco non exstat: neque de Constantino M. verum est, uti neque de ejus filio juniore Constantino, ut ex illius Synodi tempore paullo post evidens fiet. De Constante itaque loquuntur; cujus iustus, utpote Catholicus Principis, coacta videtur illa Synodus. Quod si verum est; tum sane reliqua, quibus ejus mortis & baptismi meminerunt, ad Constantem, non ad Constantinum pertinebunt. Sed ea res alterius est disputationis ac loci. Tercio indidem constat, Urfacium, & Valentem in Mediolanensi Concilio Arianae postulatos haeresis vepiam exorsisse, & in integrum restitutos esse. Quarto annus quoque, quo illa Synodus est congregata, ex Liberii epistola conchitur. Nam dicit ante octo annos, quam ad Constantium illam epistolam scriberet, Mediolani eam habitam fuisse. Porro scriptum ad Constantium Liberius antequam in exilium mitteretur; adeoque anno Christi cccxvii. Quare octavus annus ante hanc erit annus Christi cccxviii. ut Sardicensem Synodum brevi intervallo Mediolanensis consecuta sit, eodemque anno celebrata. Biennio post, cum Athanasius Constantis & Constantii auctoritate, ac decreto ab exilio revocatus esset, Alexandriae profectus; & Catholica res meliore jam loco esse cepisset, Valens & Urfacius, qui in ditione Constantis erant, & ad potentiorum nutum, voluntatem ac religionem suam fingere jam dudum instituerant, ut antea cum Ecclesia Catholica, ita cum Athanasio redire in gratiam e re sua esse staturerunt. Itaque libellum obtulere primum Julio Papae: in quo & illa omnia conficta esse fassi sunt, quae contra Athanasium objecta fuerant; & Arianae perfidiam anathemate damnarunt: Sicut per priorem libellum (inquiunt) nostrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc, & semper anathematizasse, hac manu nostra, qua scripsimus, profitemur. Haec in Latino eorum libello apud Hilarium: cui ista subjicit: Haec epistola post biennium missa est, quam haeresis Photini a Romanis damnata est. nempe in Mediolanensi Synodo, ut ex iis patet, quae paullo antea scripsit Hilarius; biennio ante Mediolanensem Synodum, cui Romani interfuerunt legati, peractam esse, quam Valens, & Urfacius cum Athanasio dato libello reconciliati sunt.

Ceterum Urfacii, & Valentis ista reconciliatio perperam in Annalibus confertur in annum Christi cccc. post mortem Constantis qui xv. Cal. Febr. interemptus est. Etenim certissimum est, superstiti Constante ambos illos respiciisse, ac libellos dedisse, quod Athanasius ipse dubium esse non patitur in epistola ad solitarios. ubi istos ait post Constantis obitum ab Arianis adductos esse, ut ad vomitum redirent, & ab Athanasio pariter atque Ecclesiae Catholicae communione desciscerent, causantes metu se Constantis, & ingratis ad simulandam hanc poenitentiam esse compulsos. Hoc vero falso

illos allegasse dicit Athanasius; quod neque tum illius Palatinus, aut Notarius ad eos missus sit, qui illos coegeret: quemadmodum ipsi deinceps instituerunt facere; sed nec Imperator quidem adesse: verum sponte ipsi Romam advolassent, & in medio Ecclesiae coetu poenitentiae libellos palam protulissent. Haec Athanasius: ex quibus perspicuum est, Constante adhuc vivo Valentem, & Urfacium Julio pariter & Athanasio supplicasse. quod anno cccxix. contigit, biennio post Mediolanensem Synodum, quae ante annos octo, quam Liberius ad Constantium epistolam daret; indicta ponitur ab eodem Liberio. Quocirca tertia Photini damnatio in Mediolanensi Catholicorum Synodo facta est, ut ex his omnibus constat.

Quarto damnatus idem est in Sirmienensi Synodo, non illa celebri, cui Ariani praeserunt, Imperatore Constantio, ac Basilio Ancyrano praecipuas partes illius sustinente: sed in altera, cujus ex annalium, historiarumque monumentis hodie memoria omnis excidit, quam nos ex Hilarii Fragmentis, velut e parietinis ac ruderibus, sepultam, ac paene obliteratam eruimus. Synodum ergo Sirmienensem a Catholicis, & Occidentalibus in causa Photini celebratam esse dico priorem illa, quae in eadem urbe ab Arianis, & Orientalibus est habitata. Quod ex verbis Hilarii colligitur, quae hujus capituli initio posuimus. Refert enim Hilarius ad tollendum ex Episcopatu Photinum congregatos esse Episcopos, post biennium, quam in Mediolanensi Synodo damnatus fuerat: ac per eam occasionem Valentem, & Urfacium, qui in Mediolanensi Synodo cum Catholica Ecclesia in concordiam redierant, cum Athanasio reconciliatos esse. Quod superflue Constante factum esse, & anno Christi cccxix. paullo antea demonstravimus. His ista subjicit Hilarius. Verum inter haec Sirmium conveniunt. Photinus haereticus comprehensus, olim reus pronunciatus, & a communione jam pridem unitatis abscissus, ne tunc quidem per factionem populi potuit admoveri. Hinc de loco Synodi illius constat: nempe Sirmii eam habitam fuisse; neque Photinum de sede pellit potuisse, quod populus seditione facta Episcoporum conatu restitisset.

Nam quod Sirmienensis ista Synodus diversa sit ab ea, quae postea contra Photinum eundem celebrata est ab Arianis, quaeque vel unum fidei decretum, vel etiam duo condidit, de quibus mox agetur pluribus; his argumentis ostenditur. Primum ex tempore, quod ab Hilario significatur, & a nobis illustratum est haecenus. Biennio quippe post Mediolanensem Synodum, & sex annis, antequam Liberius relegeretur, adeoque anno cccxix. Sirmii congregata est illa Synodus. At vero famosum illud Concilium, cui Basilius Ancyranus interfuit, ut minimum biennio post, Christi cccc. celebratum est. ut autem aliis placet, nono post anno, Christi cccclvii. de qua re postea. Deinde quia Photinus in prioribus illa, propter populi factionem, amoveri non potuit; in posteriore vero ab Arianis & Constantio habita, omnino dejectus est, ut Sozomenus refert libro iv. in fine capituli vi. Tercio quod Concilium Sirmienense, de quo Hilarius scribit, Occidentales solum celebravit, decretumque suum ad Orientales miserunt Episcopos, ut idem testis sit Hilarius; qui decretum de Photino ab Occidentalibus factum ad Orientales relatum asserit: Orientales vero mente callidos, ingenio subtiles, malitia pertinaces occasionem revolvendi ejus, quod Athanasii absolutionem est dissolutum, quassisse iudicii, & rescriptum de Photino, Marcelli mentionem, velut institutum ratiun magistri, addidisse: ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quaestivum, & veritatis iudicio conspulerent, in publicam recordationem cause novitas excitaret, & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen invehret. Haec Hilarius: quorum ex antecedentibus, atque ex historia Severi, haec sententia est. Marcellus Photini magister, cum ab Arianis una cum Photino depositus esset, ut supra demonstravi, in Sardicensi Concilio in integrum restitutus erat. Verum cum primum errorem postea resumpisset, Athanasius hunc a sua communione suspensum, habuitque ille hanc verendum, ut tanti viri iudicio notatus, sponte concederet, ut Severus narrat. Quod Athanasii iudicium Photini damnatione, ac Sirmienensi Synodo antequam fuisset testatur Hilarius: atque his, quae in Photinum gerenda erant, auctoritatem praebuisse. Itaque Orientales, decreto illo contra Photinum

DISSERTATIO, CAP. II.

inum ab Occidentalibus missis, rescriperunt, non solum Photini damnationem approbantes; sed Marcelli insuper addentes: ut hoc modo Sardicensis aeta Concilii labefactarent, & quae ibi de Marcello & Athanasio constituta erant, irrita facerent. Quippe ambo, ut diximus, a Sardicensi Synodo sedibus suis restituti sunt. Hujus autem convelli auctoritas, infringique videbatur, damnato Marcello, quem illa sublevarat; & ad Athanasii damnationem, quem perinde complexa Synodus erat, aditus praestitit. Haec ab Hilario ad eum modum gesta narrantur. Unde illud apparet, Sirmiensem hanc Synodum Occidentalium fuisse; & quidem Catholicorum; primum quia Valens & Urfacius hujus occasione Synodi cum Catholicis, & Athanasio penitus concordiam inierunt; ut ex Hilario supra docuimus. Deinde quod idem Hilarius, paucis interjectis, Occidentales istos, qui Sirmii convenerant, eare commendat; quod decretum suum ad Orientales miserint bono more, insititutosque, non ut eos ad assentiendum cogent; ut nunc, inquit, agitur: sed ut certiores illos facerent. De Photino autem, sicuti mos posebat, ad Orientales epistola fuit, non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum, sed instruenda universorum scientia consuetudine. Quamobrem Occidentalem iste confessus Sirmii factus non potest idem esse cum altero, in quo Basilius cum Photino commissus est. cui soli Orientales propendimus interfuerunt. Ac videtur Constantius Imperator Catholicae fidei studiosissimus princeps, ejus promovenda, & in Occidente faciendae gratia, primum Mediolani Episcopos congregasse, ut de Arianis, ac praesertim Valente, & Urfacio cognoscerent; & quae nuper in Sardicensi Concilio decreta erant, de novo firmarent: deinde Sirmii, ut Photinum e gradu deiecerent, quod ne fieret, populus intercessit: Constantius vero, atqueam vim adhibere posset, est vita sublatus est. Itaque nova deinde Synodo opus fuit ad deponendum Photinum.

Quinta igitur & postrema Photini damnatio in eadem urbe Sirmio, biennio post priorem, facta est anno cccc. quo depositus est iterum Photinus, & Episcopatu pulsus; quod obtineri haecenus non potuerat; atque etiam collatione cum Basilio Ancyrano habita, convictus, ac prostratus est. Cujus Synodi ratio quia complexa est, & multis obstructa difficultatibus, nec levis de actis illius controversia; seponemus et explicanda caput alterum, in quo quae ad illam pertinent brevi complectemur.

CAPUT II.

De tribus fidei formulis Sirmii editis, & quibus sola prima in Concilio adversus Photinum illic peracta facta esse monstratur.

Cum jam quarto Episcopalis sententia notatus, ac depositus Photinus, in vitis omnibus, sedem suam retineret, demum adversus eundem Sirmienensis altera Synodus est collecta, in qua Constantii Imperatoris auctoritate rursus ille damnatus Episcopatu cedere cogitur. Synodum hanc celebrare Orientales potissimum Episcopi. Nam Hilarius libro de Synodis formulam fidei cum anathematismis illic editam sic inscribit; Exemplum fidei Sirmii ad Orientales contra Photinum conscripta: ac proximè ante, tunc eam esse positam refert, cum Photinus Episcopatu dejectus est. unde, quod superiori capite diximus, constat, alteram hanc Sirmienensem esse Synodum ab ea, quam Occidentales biennio ante in eadem urbe fecerunt.

Duo sunt hac de Synodo quaestiones capita; alterum de anno, quo peracta est; alterum de fidei formulis, quae in ea publicatae feruntur. Quod primum attinet, Sozomenus libro 2. cap. 19. Graecae edit. & Sozomenus lib. 1v. cap. vi. testantur eum annum fuisse post Consulatum Sergii, & Nigriniani, quo nulli Consulatum gestissent ob bellicos tumultus. Hic est annus Christi cccc. At Baronius in annum cccclvii. illam conjicit. De fidei formulis non minor est controversia. Nam tres omnino exstant ejus urbis inscriptae nomine, quae in eadem Sirmienensi contra Photinum collecta Synodo propositae narrantur a Socrate, Sozomene, ac Nicephoro.

Primae auctor fuisse perhibetur Marcus Atethusius, Prima ut scribit Socrates, Graecae concepta est cum anathematismis xxv. Ea Graecae apud Athanasium legitur in libro de Synodis, & Socratem loco jam citato. La. Pag. 693. tunc autem apud Hilarium libro de Synodis, & in Tri-Lib. 2. partita, libro IV. cap. vii. In ea damnatur anathemate, qui dicunt Filium de non existantibus, aut ex altera hypostasi esse: vel fuisse tempus, aut saeculum, quando non erat. Nulla porro in illa mentio fit deus, nisi quod damnantur, qui dicunt unum deum & deum, collatiario Anathemate substantiam esse Filium. Hujus fidei formulae, ac Sirmienensis Synodi & Photini depositionis, quod subit mirari, nullam mentionem facit in ejus haeresi S. Epi. phianus. sed solius Sardicensis Occidentalium Synodi meminit, in qua damnatus est. secundum quam Constantium adiit, ac se injuste depositum querentem, judices impetrasse: ac missos esse Thalassium, Datianum, Cerealem, Taurum, Marcellinum, Evanthium, Olympium, Leontium. quos ex ordine Senatorio fuisse Socrates indicat. Coram his, & Episcopis pluribus descendisse illum in certamen cum Basilio Ancyrano prodit Epiphanius, ac Socrates, & Sozomenus. Qui ambo significant, finita jam Synodo Sirmienensi, & post depositum in eadem Photinum, disputationem illam esse factam. qua convictus Photinus, & exanimatorus est. Verum apud eundem Epiphanium in Semiarionensi Synodo haeresi, Basilius, alique Episcopi in Synodica Ancyranum conciliabulum, meminerunt Sirmienensis Synodi, ejusque actorum adversus Photinum.

Secunda fidei formula apud Sirmium edita est Latine, no sermone, ut testantur Athanasius, Socrates, Hilarius, qui eam describunt, Sozomenus; alique. Hujus inscriptio est apud Hilarium ejusmodi: Exemplum blasphemiae apud Sirmium per Osum, & Potamium conscripta. In ea prohibuitur est fieri mentionem nominum deus, opus, & quovis, quia nusquam in Scripturis leguntur. Eandem postea suppressere conati sunt Ariani, interposita auctoritate Constantii, ut iidem Scriptores referunt.

Tertia formula Latine itidem Sirmii concepta est, Tertio notatis Coss. Eusebio, & Hypatio, qui annus Christi fuit cccc. x. eaque a Valente, & Urfacio Ariminum perlata. quae apud Athanasium, & Socratem exstat. Sed eam in Sirmienensi contra Photinum Synodo editam non fuisse perspicuum est; idque Nicolaus Faber in Praefatione ad Hilarii Fragmenta olim animadvertit.

Nos in Animadversionibus ad Epiphanium, ante annos quatuordecim, cum de hoc argumento longam disputationem faceremus, duo quaedam exposuimus: alterum, Sirmiensem illam postremam Synodum eo anno peractam fuisse, quem habet Socrates, Christi cccc. i. non, ut plerisque persuasit Annalium Ecclesiasticorum conditor, anno cccc. vii. Alterum; est tribus illis fidei formulis, quas paullo ante commemoravi, solam primam in illo Concilio scriptam fuisse: secundam vero non in Synodo ipsa Sirmienensi; sed aliquot annis postea editam, in confessu paucorum Episcoporum. Horum primum Veterum illorum, quos citavi, auctoritate nititur; praesertim Socratis: qui ut saepius, ita nunquam temere, aut falso notas illas Consulatum adhibet; sed ex Actis publicis, ac Fastis hand dubie depromptas. quo major illis habenda fides est, maxime ubi nulla in contrarium idonea sunt argumenta: cuiusmodi certe hic nulla sunt. Nam quae in Annalibus opponuntur, satis iis responsum est in Animadversionibus ad Epiphanium; ac paullo post ea prioris irrita, & inania esse constabit; ubi quod posterius est de duobus a me positis, ostendero, secundam de tribus fidei formulam non in Sirmienensi contra Photinum Synodo, sed alio tempore, ac diverso coetu praesulum in luce existisse. Quod illic disputatum latius, ut in pauca contraham, his maxime de causis asseritur.

Imprimis auctores sunt Epiphanius, & Hilarius, cum secunda ista formula publicata esset, atque a Sirmio in Orientem perlata, vehementer exarsisse Basilius Ancyranum Episcopum, aliosque Semiarionarum partium: cumque ab Georgio Laodicenaecae sectae ejusdem patrono litteras accepissent, quibus de Eudoxii perditissimi Ariani vesania certiores illos faciebat (quem refert Sozomenus, postquam cathem illam ab Olio ex-pressam, ab Valente & Urfacio missam recepisset, gratulationis plenas ad eos scripsisse litteras, quod ipsorum

Quarto damnatus est Photinus in Sirmienensi Concilio Catholico.

Cor. amovet.

Probatum Sirmienensis prior Synodus.

Quinta Photini damnatio in Concilio Sirmienensi ab haereticis habita.

Her. 73.

Secunda formula.

Terma formula.

Her. 73. n. 2. Lib. de Syn.

Secundam formulam non in Sirmienensi magna editam fuisse. Lib. 4. opera c. 11.

opera veta in Occidente fides revivisceret) his comotum Laodiceum Georgium, ad Basilium, & Episcopos, qui cum eo Ancyram convenerant, Epistolam dedisse, qua eos hortabatur, ut Antiochenae, immo Orientali Ecclesiae succurrerent. Porro Ancyram ideo se se contulerant, ut encenia celebrarent novae basilicae, quam à se conditam Basilium ibi dedicabat. Igitur Ancyrae Semiarianorum Concilium habitum est, paullo ante Pascha, ut eorum Synodica testatur apud Epiphanium. In quo fidei formulam istam, quae secunda apud Sirmium edita est, damnarunt, & adversus eam longissimam aliam eñthem cum anathematismis ediderunt. Post Synodum deinde legati ad Imperatorem Constantium profecti Basilium ipse, Eustathius Sebastenus, Eleusius Zyczenus, & Leontius Presbyter, qui hoc ab eo petierunt, à se negentis non in Synodo, sed in Synodo, & in quibus communi consensu definitum erat simile esse secundam substantiam Patris Filium. ut scribit Sozomenus. qui Imperatorem narrat ea legatione comotum revocasse omnia, quae per Anomaeos extorta fuerant: à quibus secunda illa Sirmiensis professio dictata erat.

Ex his omnibus validum argumentum efficitur, quo secunda illa formula Sirmiensis ostenditur nequaquam in Sirmieni contra Photinum collecta Synodo condita fuisse. Etenim Sirmieni huic Synodo non solum Basilium interfuit; sed panem etiam praesuit, praecipua certe in ea partes illius fuerunt: ut qui in ejus omni actione floruit; eademque finita, datis ab Constantio iudicibus cum Photino congressus est, eumque superavit: quod Epiphanium, Socrates, Sozomenus, alique narant. Quid igitur fingi absurdius potest, quam in illa ipsa Synodo eam fidei conceptam esse formulam praesente Basilio, quam is paucis post mensibus adeo detectus est, uti contra eam cœtum coegerit Episcoporum, acerrimoque decreto, & anathemate jugularit, & ad illam evertendam legatus ad Constantium Sirmium usque pervenerit? An talem umquam eñthem coram se dictari passus esset, à qua tantoperè diffidebat? Nam in illa ἡ ἑσθία, ὁμοούσιος, & ὁμοουσίως vocabula ex æquo rejecta sunt, ex Anomaeorum sententia. At Basilium Semiarianarum fautor partium ἡ ὁμοούσιος propugnabat, & Anomaeos, quos apud Epiphanium & Hilarium formulæ illius auctores Ancyrae Synodus facit, pejus, quam Catholicos, oderat. Quod si invitus illi Sirmii subscripsisset, age num Ancyram reversus, Sirmiensis Synodum adeo commendasset, aut ejus decreta, fideique sanctionem confirmari ab Imperatore petisset? Nonne id egisset potius, ut ea Constantii decreto rejiceretur? Sanè in Ancyra Concilii Synodica optasse plurimum se aiunt Episcopi, ut post Sardicensem Synodum, & Sirmiensis, in qua Photinus damnatus est, quietis esse sibi liceret. Sed quoniam ex Illyricianorum litteris, & Georgii Laodicensis, didicerint, consilium tot Synodorum decretis hæresim caput efferre cœpisse; ideo se Ancyrae congregatos ea omnia denuo confirmasse, quæ in Antiochena Synodo, & Sardicensi, sed ἀντιθέτως ἢ ἐν Σαπφίᾳ ἐκείνῃ, quam Sirmiensis Synodus est implexa, constituta fuerant. Non igitur secunda illa formula Sirmii edita ad eam Synodum pertinere potest, quæ contra Photinum est habitata.

Præterea ex hac rei apud Sirmium, Ancyraeque gestæ narratione colligitur, eandem formulam absente Basilio Ancyrae esse conscriptam. quod si verum est; non potuit Sirmiensis Concilii tempore fieri. Nam princeps, ut jam diximus, actionis illius, ac Synodi Basilium Ancyranus fuit; isque finito Concilio cum Photino disputavit. Quod autem Sirmio tum abfuerit, cum eñthem illa dictata est, è Sozomeno probatur: qui refert Eudoxium, Acacium, & Uranium, cum ab Occidentalibus Episcopis Valente, Ursacio, & Germanio formulam istam, qua de agimus, accepissent Offii subscriptione firmatam, ejus dogma, in quod ipsi cum Aetio consentiebant, auctacter, ac palam divulgare cœpisse, quod indignè ferens Georgius Laodiceus certiorum de tota re Basilium ac reliquos Ancyrae Synodi praesules fecit. ut & ipsi in Synodica sua testantur. Quare non videtur illius formulæ conficius fuisse

Basilium. Quippe ab folis Occidentalibus Episcopis dictata, ad Orientales deinde missa pervenit: ut ex Sozomeno colligitur.

Quinetiam illius inscriptio, quæ apud Hilarium, Athanasium, & Socratem legitur, satis indicat, eam à paucis Episcopis, non à plena Synodo profectam. Hilarius enim hoc ei lemma praeficit: *Exemplum blasphemiae apud Sirmium per Offium & Potamium conscriptae.* Tum sic eadem incipit. *Cum nonnulla putaretur esse de fide discipatio, diligenter omnia apud Sirmium tractata sunt, & discussa, praesentibus sanctissimis fratribus, & Coepiscopis nostris Valente, Ursacio, & Germanio.* quod exordium Graecè itidem apud ceteros exstat. Quare paucis, uti dictum est, ab Episcopis condita est hæc fidei professio: non ab generali Synodo. Longè enim aliter Sirmiensis Concilii eñthem proponit; & inserit Hilarius eodem in libro de Synodis: *Exemplum, inquit, fidei Sirmii ab Orientalibus contra Photinum conscriptae.* Hic ab Orientalibus, hoc est plena in Synodo scriptam ait Sirmiensis illam formulam: alteram non nisi ab uno, alteròve. Ad hæc Hilarius idem postquam secundam hanc Sirmiensis eñthem, & Ancyranam contra illam Concilii decreta proposuit, ita loquitur, *Dignum autem est conscientiam communi etiam ceteras eorumdem Episcoporum Orientalium diversis & locis, & temporibus conscriptas fides noscere, &c.* quæ postquam praefatus est, duas, non amplius, formulas describit; alteram Sardicensis Synodi; alteram Sirmiensis contra Photinum. hanc verò commemoraturus ita scribit: *Consequens igitur autem ut eam non fidem retractemus, quæ non olim, tunc cum Photinus Episcopus decessisset, conscripta est.* Itaque Sirmiensis hæc formula diverso vel loco, vel tempore ab ea conscripta esse debet, quæ secunda Sirmiensis dicitur. At loco diversa non est: tempore igitur diversa fit oportet. Huic argumento, quod ex Hilarii testimonio petitur, robur addit S. Vigilus, & opinionem nostram adstruit, dum in libro v. adversus Eutychem duos illos conventus Episcoporum, atque Synodos distinguit, unam Orientalium, qui contra Photinum apud Sirmium collecti sunt, quos Catholicos appellat, eorumque decreta commendat; alteram Episcoporum aliquot, ut Offii, Valentis, Ursacii, Germanii, & aliorum; quibus universos ait Orientales Episcopos contrarios restitisse decreta. Sed Vigilii verba, quibus egregie id, quod volumus, affirmat, melius est adscribere. De Ancyra itaque Orientalium Synodo contra secundam Sirmiensis formulam habitata, sic ille scribit. *Deinde adversus sacrilegam impia professionis unitatem, quæ per Offium, Valentem, Ursacium, & Germanium, ceterisque similibus pravitatis apud Sirmium fuerat conscripta, universi Orientales Episcopi convenientes, alias ad est, duodecim sententiarum definitiones ediderunt, quæ Nicæno Concilio non continentur. De Sirmieni porro Concilio, in quo Photinus postremo damnatus antea fuerat, hæc subiicit. Illius verò Catholici Concilii apud Sirmium contra Photinum ex toto Oriente congregati, quos sufficit multiplices fidei sanctiones comprehendere, quæ apud Nicænam Synodum, quia talis rei necessitas fuerat nulla, non sunt omnino sancita: quæ nullus fidelium audeat respicere, aut cunctatur recipere, qui non vult cum Photino anathematis eorum sententia subiacere.* Hæc Vigilus, quæ non aliunde, quam ex Hilarii libro de Synodis, accepit. Hic enim Ancyrae Synodi ab Semiarianis praeside Basilio habitæ decreta prædicat, & commentario illustrat; quæ etiam duodecim numero refert, totidem anathematismis expressa. quæ cum auctoribus suis Orientalibus Episcopis pro Catholicis amplectitur. Cum autem Hilarius decreta ista condidisset Orientales Episcopos in unum congregatos absolute scripserit, Vigilus putavit omnium Orientalium concursu celebrem fuisse Synodum illam. In quo falsus est. Pauci enim convenerunt, hoc est numero duodecim, quorum nomina Synodica Ancyrae subscripserunt apud Epiphanium. Non enim plena fuit ista Synodus, sed provincialis dumtaxat; & per occasionem dedicandæ apud Ancyram basilicæ collecta; ut ipsimet testantur in Synodica sua. Inter hos Episcopos nominatur Eustathius Sebastenus; quem S. Basilium Casarensis Episcopus, in Epistola ad Orientales, illi ipsi Ancyrae interfuisse Synodo, & cum hæreticis hominibus damnasse scribit; qui locus in v. 11. Synodo citatur. Hæreticos igitur istos fuisse scivit, qui hæc melius è propinquo nosse potuit Basilium. Quamquam nulla littera exstat in illorum anathematismis,

Apud Epiph. Hist. 73. n. 2.

Lib. 4. c. 12.

thematismis, ac Synodica tota, quæ ἡ ὁμοούσιος condemnnet. Sed quia ἡ ὁμοούσιος præcisè receperunt, suppressa mentione alterius; pro hujus damnatione Basilium illud habuit. Nisi forte altera quæpiam apud Ancyram celebrata Synodus est in qua nominatim damnatum sit ἡ ὁμοούσιος, quod ego non puto. Itaque vera est, ut opinor, conjectura nostra.

Sed ut ad Vigilium revertar; perspicuum est, Ancyranam ab eo Synodum, itidem ut ab Hilario, dici contra Offii & aliorum blasphemiam formulam, celebratam fuisse. Est hæc verò, ut sæpè docui, secunda illa Sirmiensis professio, quam in diversa Synodo, ab ea, quæ Photinum damnavit, editam esse mox idem Vigilus indicat, dum hanc Synodum Orientalium contra Photinum Catholicam Concilium appellat; cujus sanctiones collaudat, similiter atque Hilarius, & alii quidam veteres perinde ac recentiores fecerunt. at illum cœtum Episcoporum, qui secundam apud Sirmium professionem condidit, hæresis & impietatis arguit. Hujus conventiculi, & impie professionis ab Offio non tam edita, quam vi ac supplicis extortæ, meminit Foebadius Aginensis, ubi hanc Synodum appellat. Ex quo perperam aliqui concludunt Sirmiensis ab eo contra Photinum intelligi Synodum. Sed errant. Synodus enim qualicumque conventus Episcoporum interdum dicitur. cuiusmodi tunc profectus fuit, quando Constantii potentia & tyrannide freti Ariani nefarium ab Offio fidei formulam extorserunt. de qua vide si lubet, quæ in Epiphaniae Animadversionibus notavimus.

Satis pro opinione nostra demonstratum est hæcenus. Unum illud restat argumentum, quod ex illorum temporum historia duci invictum putatur à quibusdam adversus Socratis, aliorumque Veterum sententiam, quæ Sirmiensis postremæ contra Photinum Synodo præfinit annum Christi ccc. l. i. ; quam nos ab recentioribus haud merito damnatam, ac verissimam esse monstravimus. Qui enim potuit, iniquum, Sirmii iussu Constantii celebrari tum illa Synodus, cum Pannonia, cujus oppidum illud est, à tyrannide obtineretur? Nam post Constantii obitum, qui in eunte contigit anno ccc. l. Magnentius in Galliis, & Italia; Vetrano in Pannonia, cui præerat, dominatum arripuerunt. Sed accurata notatio temporum istorum, inane hoc esse, irritumque docēbit.

Constans enim Constantii frater à Magnentio tyranno casus est, & Magnentius ipse tyrannidem invasit anno in eunte Christi ccc. l. decimo-quinto Cal. Febr. Coss. Sergio, & Nigriniano, ut Idatius in fastis, Socrates, Sozomenus, alique narant. Magnentius Gallias, Italiam, & Africam obtinuit. eodemque anno Vetrano, qui peditum magisterio praeditus Illyricum curabat, imperium & ipse usurpavit apud Sirmium Calendis Martii, ut ait Chronicon Alexandrinum. ex quo castigandus est Idatii codex, qui Calendas Maii notat, errore librariorum, qui litteram, i pro r, posterunt. Hunc enim scribit in Caesaribus Victor eis mensem decimum in ordinem redactum esse ab Constantio; quod v. 11. Cal. Jan. accidisse testis est Idatius: apud quem etiam postquam id conferunt in annum eum, qui inscribitur Post Consulatum Sergii & Nigriniani, & est Christi ccc. l. Nam istud evenit antecedente anno, Coss. Sergio, & Nigriniano, decimo mense nondum expleto ab Martio. Vetrano summa potestate ita, uti diximus, exuto, Constantius Illyricum obtinuit. At sequente anno, qui fuit Christi ccc. l. Magnentius iv. Cal. Octob. ut refert Idatius, ad Mursum Illyrici oppidum venit est à Constantio, & anno deinde tertio Christi ccc. l. apud Lugdunum sibi necem conscivit. Quocirca anni ccc. l. majori parte, hoc est prioribus mensibus, & ab Octobri deinceps, Illyricum in potestate fuit Constantii, potuitque Sirmii Episcoporum habere conventum.

Discrepantia argumenti in contra nos optata.

Zosim. 2. Victor. in Cal.

Hæc. 73. n. 11.

Epist. 74.

Pag. 39a. ed. Rom. Graecolat.

Cum igitur Vetrano dejecto Constantius Sirmii moras faceret; ac Photinus in eadem urbe nefarium vulgaret hæresim, Ariani Episcopi, quos in comitatu semper habebat Constantius, ut pro Catholicis sese gererent, atque ab hæresi alienos se esse monstrarent, Imperatori persuaderent, ut Sirmium ex Orientis partibus Episcopos cogeret. quod ab illo factum esse anno ipso ccc. l. testatur Socrates. Neque verò constat quot illic Episcopi fuerint. Sed illud certum est, paucissimis exceptis, Orientales omnes fuisse. Socrates Valentem solum Murforum Episcopum nominat, & Offium Cordubensem. Sed de Offio fallitur, ut in Animadversionibus ad Epiphanium ostendimus. Causa autem erroris hæc illi fuit, quod aliam fidei formulam, quæ in eadem urbe postea decreta est, Offius subscriptione sua probare cœtus est. quam quidem in Sirmieni Concilio, quod adversus Photinum celebratum est, publicatam esse falsò arbitratus est Socrates. Quamobrem Sirmiensis illa Synodus Orientalium fuit Episcoporum. Unde S. Hilarius libro de Synodis, fidem, quæ tum illic publicata est, expositurus, ita præfatur: *Exemplum fidei Sirmii ab Orientalibus contra Photinum conscriptae.*

Cur autem plerique omnes, qui tum Sirmii convenerunt, Orientales essent, ac præter unum alterumve nullus Occidentalium accesserit; nulla fingi causa potest alia, nisi quod Occidentem, hoc est transalpinae regiones, & Italiam Magnentius occupabat. Nisi causa hæc fuisset, ac si Constantius Occidentem in ditione sua tenuisset: quis dubitat, quin Sirmii, quæ urbs Occidentalis erat imperii, habitam Synodum frequentiores ex Occidente celebraturi fuerint Episcopi? quemadmodum Arimini postea factum, & antea Sardicæ. Atque hoc non leve est argumentum, quod Magnentianis temporibus indistincta illa Synodus ostenditur.

CAPUT III.

Hilarii locus ex Fragmentis illustratur: in quo de Photino agit, ac Synodis contra eum factis. unde pleraque eorum probantur, quæ isdem de rebus observavimus.

Cum ex Hilarii potissimum Fragmentis expressa sint ea, quæ de Photini damnatione, Synodisque contra ipsum habitis capite primo docui; visum est ipsius locum integrum hic exscribere, ut singularum probationes in promptu habeantur; quibusdam additis Scholiis, quibus velut radiis illustratus, planus legentibus, ac facilis occurrat: quem alioqui desperatæ obscuritatis esse; ac neque verbis, neque sententiis cohærere, docti quidam homines arbitrati sunt.

HILARIUS.

Supereff ut quid de Marcello, & Photino gestum sit, paucissimis dicam. Photinus Sirmiensis Episcopus fuit à Marcello imbutus. Nam & Diaconus sub eo aliquandiu fuit. Hic corruptis innocentia moribus, ac disciplinis, turbare Evangelicam veritatem persistebat novis predicatibus. Et hoc ita sæpè est, ut cum incrementa vitiorum, detrimenta in amore Dei fecerunt, vesanum depravata scientia suam incrementat. Igitur ad tollendum ex Episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi Synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur Sacerdotes, hoc magis solliciti, atque anxii, turbari rursus, misericordie omnia, quod jam pridem plures Episcopos res vel fadorum in Athanasio iudiciorum, vel communionis hæresis Ariana; ab Ecclesia fuerat necesse refecare. Quam opportunitatem nati Ursacius, & Valens Romana plebis Episcopum adveniit, recipi se in Ecclesiam deprecantur, & in commu-

nenis una Synodus biennio ante Sirmiensis priorem fieret, & post Mediolanensem alteram, biennio itidem Sirmii conventus Episcoporum aliquot haberetur, non contra Photinum, sed ad novam fidei condendam formulam, quam Sirmiensis de tribus secundam esse demonstravimus. quæ res nonnullis imposit, ut Sirmiensis plures Synodos in unam conflarent; Mediolanenses itidem plures in eadem Mediolanensem.

Ergo Catholici erant, non Ariani, in in secunda Mediolanensi.

Quam opportunitatem nati. Florentibus Catholicorum rebus, & Athanasio Constantis opera restituto, Valens & Ursacius ad Ecclesiam redire conati sunt, primùm post Sardicensem Synodum, ubi fiam

1 Igitur ad tollendum.] Hic Sirmiensis Synodum intelligit priorem à Catholicis obitam: utpote cujus opportunitatem consecrari Valens & Ursacius ad Ecclesiam redierunt, oblati libellis tam Julio Papæ, quam Athanasio. Id autem fecerunt anno Christi ccc. l. x. paullo ante Constantii obitum, qui in eunte ccc. accidit. Atque Sirmiensis secunda non ante annum ccc. l. celebrata est. Diversa igitur ab hac fuit eodem in oppido peracta.

2 Ante biennium.] Ergo anno ccc. l. x. brevi post Sardicensem tempore, & eodem anno. Mediolanensis autem ista perperam cum altera confunditur, quæ anno ccc. l. ab Arianis Constantii auctoritate freuit habita: in qua complures Episcopi Catholici relegati sunt, & inter alios Liberius Papa, Contigit autem, ut & Mediolanensi.

Pag. 23. edit. Paris. an. 1598.

commu-

communione per veniam admitti rogant. Julius ex consilio veniam, quam orabant, impertit, ut cum lucro Catholicae Ecclesiae vires quoque detraheret Ariani, cum eos, qui unitatem ante turbaverunt, consilio hujus, & audacia penitentes in communionem Catholicam per veniam reconciliata pacis admitteret. Et quia non est nisi de veritate confessio, nisi de vitio poenitentia, nisi venia de admisso, Valens & Ursacius admittendi, ut orabant, in communionem, de Athanasio innocentia, de iudicii falsitate, de Ariana heresi pinculo talibus literis ante profitentur.

Sequitur libellus, quem suapte manu Valens perscripserat, & Ursacius subscripserat, Julio Papae oblatum.

PERGIT HILARIUS.

Hac Epistula post biennium missa est, quam haeresis Photini à Romanis damnata est.

Sequitur libellus alter Valentis & Ursacii post aliquantum temporis à superiore, ad Athanasium, & Episcopos missus.

HILARIUS.

Superioribus igitur literis datis venia indulgetur orantibus, reditus ad Catholicam fidem cum communionem donatur: maxime cum Sardicensis Synodi veritatem ipse orantium veniam littera contineret. Verum inter haec Sirmium convenitur. Photinus haereticus comprehensus, olim reus pronuntiatus, & à communionem jam pridem veritatis abscessus, nec tum quidem per factionem populi potuit adverteri. Sed idem Athanasius Marcellum, qui post recitationem libri, quem scriptum ediderat (nam hunc quoque nos habemus) sententia Synodi Sardicensis Episcopatus erat redditus, ubi quadam alia nova miscere sensit, & ambiguis praedicationibus ejus, in quam Photinus erupit, doctrinae viam quaerere,

Cor. amoveri vel ab. moveri.

damnati erant; oblato libello in Mediolanensi Catholicorum Synodos deinde Romae, Julio Papae. quod ex ipsorum Epistola prior ad Julium data, & Athanasii Apologia secunda colligitur.

Hac Epistula. Falso haec Hilarii verba referas ad tempus illud, quod postremam Sirmiensem Synodum, in qua depositus est Photinus, excepit, factum sit ea anno cccclviii. facta est. Nam neque à Romanis in ista damnatus est, sed ab Orientalibus, & haereticis: neque post eandem Ursacius ac Valens respicisse, ac libellos istos dedisse leguntur. Adde Julium Papam, cui prior libellus porrectus est, anno cccclii. decessisse. Biennio ergo post Mediolanensem proem, uti primo capite interpretati sumus, ad Ecclesiam reditum impetrarunt.

Verum inter haec. Redit ad inchoatam paulò ante narrationem de Sirmienensi Synodo ad tollendum ex Episcopatu Photinum; quam interposita Valentis & Ursacii historia nonnihil abrupserat. In ea Synodo prior Sirmienensis damnatus est Photinus; sed Episcopatu pellimini potuit, quòd propter eruditionem, & facundiam, qua in utraque lingua pollebat, vulgo esset acceptus. hoc est quod ait, per factionem populi amoveri non potuisse.

Sed idem Athanasius. Hinc historia suffragatur Severus Sulpicius libro 11. Sed mirum videtur, Athanasium nihil in libris suis ejusmodi de Marcello significare. Nam cum potius ubique sublevar, & ab Ariani immeritò, ac per calumniam accusatum esse contendit; ut in Apolog. 1 & in Epist. ad Solit. Verum in Oratione quam Ath. edit. dum hominem esse dixerit, ac servum. nec adoratione dignum. Commel. Sed oratio ista, meo quidem iudicio, Athanasii non est. Nam & filius ipse ab Athanasiano diversus est, ac multò elegantior. tum aperte hypostasem in Trinitate tres agnoscit, quibus quartam à Marcello, & Samofateno adjectam queritur hominis Christi. Atqui factus unicam in divinitate hypostasem tueretur Athanasius. Postremo, quod ad rem magnopere facit, Athanasii Epistola ad Solitarios, in qua Marcellum luculenter excusat, eique Catholicæ fidei testimonium praebet, multò posterior est eo tempore, quo Marcellum eundem ab Athanasio communionem multatum Hilarius, ac Severus indicant. quippe post Liberii relegationem, lapsùmque scripta est, hoc est post annum cccclviii. qui undecimus fuit à Sardicensi Syno-

Pag. 518. Tom. 1. Ath. edit. Commel.

à sua communione separavit, anteriore tempore quam Photinus arguitur, praeventam iudicio meditationem corruptam voluntatis offendens, & non ex libri editione condemnans. Sed quia promptum est ex bono malum excipere, prebuit non illis in Marcellum, qua gesta antea fuerant, sed his, qua in Photinum gerenda erant, auctoritatem. Illud autem esse cognitum cunctis oportet, nullam unquam adversus Marcellum, prater eam, qua Sardicensibus est dissoluta sententia, deinceps Synodum fuisse contractam, neque huc unde Photino decretum ab Occidentalibus est, & ad Orientales est relatum, aliquid in eum expressum fuisse iudicium. Sed homines mente calidos, ingenio subiles, malitia pertinaces occasione revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione est dissolutum, quævisse iudicii, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, velut institutionum talium magistris addidisse, ut mortuum de Athanasio ipso jam tempore questionem, & veritatis iudicio conspulsam, in publicam recordationem causa novitas excitaret, & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen inveheret. Exstat autem in superiore epistula corpore, Marcellum ab Ariani occasione libri, quem de subiectione Domini Christi ediderat, unà cum Athanasio fuisse damnatum. Docetur etiam recitatione ejusdem libri innocentem deprehendi: falsitatem quoque iudicii Ariani, exstantis adhuc libri fides arguit. De Photino autem, sicuti mos posebat, ad Orientales epistula sunt non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum, sed instruenda universorum scientia consuetudine. Sed cur abnegate Marcello communionis Athanasius reus esse rescribitur? Numquid propter libri vitium Marcellus abstinuit est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perorantis istius initia sumptisse. Nam negata sibi ab Athanasio communionem, ingressu sese Ecclesie Marcellus abstulit, ita communio cum eo in ista fide de subiectione traditione regni docet. negata rursum pravitate doctrinae alterius ostendit. At sic utrumque viri istius iudicium caret culpa, cum in data communionem, Synodi sit affectus assensum: in abnegata vero, ipso se Marcello abdicante solo, sine ulla Synodi auctoritate.

Epiphanius Haereti. lxxxi. n. 19. refer percontanti sibi aliquando de Marcello quid sentiret, Athanasium dobie respondisse, ac ne respondisse quidem; sed nuda solo, ac rursus levem de eo suspicionem indicasse, quo sane contentus esse non potuit, si eum aliquando propter haereticam communionem sua privasset. Quocirca valde mihi perplexa videtur, credo & prudenti curis, ista Hilarii, & Sulpicii narratio. Quæ si vera est, tum illa sane Athanasii in Marcellum animadversio medio tempore Sardicensis inter, & Sirmiensem priorem tempore accidit, hoc est inter annum cccclviii. & cccclxi. In eo verò laborat Hilarius, ut ab Athanasio damnati Marcelli invdiam repellat. Etenim quòd unà cum ipso in integrum restitutus erat in Sardicensi Synodo; ac subinde tamquam haereticum ab communionem segregasset; Sardicensis auctoritatem visus est minuire. quemadmodum postea ob tria capitula ab Justiniano & Quinta Synodo damnata, Calchedonensis Synodus labefacta vixit est, & ejus acta rescindi: quæ res Catholicos plerisque contra Constantinopolitanam illam Synodum armavit. Eisdem enim generis utraque fuit questio. Sed Hilarius negat eadem de causis damnatum ab Athanasio fuisse Marcellum, ob quam ab Ariani primo depositus, ac Sardicensi deinde restitutus erat. Verum illic de libro quodam ab eo contra Asterium edito controversiam omnem existitisse, quem Ariani deteriori in partem acciperant; Athanasium vero propter quodam privatim, ac citra librum illum, ab eo sperari, quæ occultum virus redolent, eundem ab communionem rejecisse.

Neque huc unde Photinus. Sirmienensis prioris Synodi Patres nihil contra Marcellum decreverant, ulla vel levi suspicione perstrinxerunt. Sed Orientales ipsi acceptis Occidentalium literis, ista quod contra Photinum actum illic erat approbarunt, ut cum Photino etiam Marcellum eadem damnatione conjungerent; quo sibi viam munirent ad opprimendum Athanasium, qui in eadem cum illo causa esse videbatur; utpote damnatus cum eo pariter in Constantinopolitana Synodo, & in Sardicensi restitutus.

De Photino autem. Notetur hic locus. Nam Sirmienis prioris Synodum aperte & ab Occidentalibus celebratam, & iis Catholicis, ostendit.

Hæc ad Hilarii verba commentari volumus, ex quibus apparet, consequentem illius esse loci sententiam, neque nihil hunc, & inextricabilem videri; ut quidam existimant.

JACOBI SIRMIONDI SOCIETATIS JESU PRESBYTERI DIATRIBA SECUNDA SIRMITANA.

Examen continens Dissertationis, quam de Photino haeretico ejusque damnatione, vir doctus in lucem nuper dedit.

CAPUT I.

De multiplici damnatione Photini, & novis Synodis quas nuper a Dissertatio introducit.

DIVERSAS quinque synodos in quibus damnatus sit Photinus, repetas à se vel notatas dissertationis auctor enumerat. Non speranda nec indigna scitu observatio, si vera est. Sed quis errorem in eo non statim deprehendit, quòd primam Photini damnationem impetrante adhuc Constantino factam putat? Enimverò damari Constantino regnante Photini haeresis qui potuit, si exorta nondum erat? si post Constantini excessum Constantii demum temporibus, ipsius qui loquitur testimonio, nata est? Epiphanius verba sunt, ipso interprete, Photinum in Constantino imperante infelix doctrina sua Iohannem disseminasse. Sub Constantio igitur emersisse Photinum censuit Epiphanius. Hoc verò amplius Socrates, quòd annum quoque ipsum, si attendimus, propemodum designavit, dum Photini exordia inter utramque synodum Antiochenam desinit. Nam cum priorem in Encaniis anno Constantii principis quinto, Christi cccxlii. peractam fuisse constet, exinde post triennium posteriorem, quid verisimilius, quam ut Photini haeresis ex Socratis sententia, vel anno Christi cccxlii. prouidisse dicatur cum Baronio, vel cccxlii. cum Sigonio?

Ceterum ut de anno fortasse aliqua sit controversia, de auctore nostro nulla esse potest sed non ante Constantii tempore referens quod ad Constantiana pertinebat; falsoque de Constantinopolitana synodo anni cccxxxvi. conjectarit damnatum in ea cum Marcello fuisse Photinum, quia de Marcello quidem & Socrates & Sozomenus, & qui Synodo interesse potuit, ac post illam mox scripsit, Eusebius Caesariensis, & ceteri consentiunt: de Photino autem quòd in ea damnatus sit, nemo hæctenus somniavit præter ipsum. Photinum sane unà cum Marcello synodica sententia perstrictum aliquando fuisse nescii non sumus: sed non ante synodum secundam Antiochenam, à qua damnati ambo reperitur in formula fidei pluribus verbis expressa, quæ ideo manifestè appellata est. Audiat & de hoc sermone mihi retur, qui primam damnationem Photini falsam & frivolam commentus sit, veram & germanam non observavit. Sic enim in ea synodo Ariani Episcopi loquuntur apud Athanasium. Ἐδελνωσάμεθα ἡ ἡ ἀναίσθητον τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι μετὰ αἰώνων θεοῦ, ἀλλ' ἔκαστε Χριστὸν αὐτὸν γεννητὸν ἡ τὸν θεόν, ἕξ ἡ ἡ ἡμετέρον καὶ παρθεῖνος εἶναι ἀνελθόντα. πῶς δὲ εἶναι οἱ ἡμετέρας ἡ Σινοπιῶν ἡ Ἀλεγορολογαίων. Abominamur præterea & anathematizamus eos qui Christum non ante saecula fuisse contendunt, sed ex eo tempore eum Christum & filium Dei factum fuisse, ex quo nostram carnem de virgine assump-

Difert. p. 189. Mar. 71. Lib. 1. c. 14. Annal. 14. De Occid. Imp. Lib. 1. 2. 3. 4. Lib. 2. 3. 4. Lib. 1. c. 4. Apol. 1. p. 691.

psit. Tales sum discipuli Marcelli & Scotini ab Ancyra Galatie. Scotinum pro Photino appellavit synodus, ut est apud Athanasium, an Photinum, ut habet Socrates, nihil moror. Scotinum etiam per ludibrium à Lucifero Caralitano dictum in eo libro constat, cui titulus est De non pariendo in Deum delinquentibus. Hoc contendo primum omnium de Photino synodicum iudicium istud esse numerandum quòd dixi. antiquius illud certe synodo Sardicensi. quod ex Sulpicii Severi verbis, quæ citantur, consequi non negarim. Sed in consilia eo loco & distorta Severi oratione quàm certum est falso tradi Episcopos apud Sardicam Constantini iussu congregatos, qui ab ejus filiis decimo post mortem patris anno congregati sunt, tam minime dubium falli & errare duplici nomine virum doctum, tum quòd absentis Athanasii damnationem, cuius meminit Severus, ad synodum Antiochenam pertinere velit, cum ad Tyriam referenda sit. quia licet absens in utraque damnatus sit, in Tyria tamen sola sub Constantino. tum quòd absentis Athanasio participata cum Marcello & Photino communionis accusationem alieno loco apud Severum commemorari non sentiat. cum exploratum sit, e duobus iudiciis, quæ in Athanasium per Arianos facta sunt, in Concilio Tyrio & in Antiocheno, neutri hunc accusationis titulum competere. In Tyrio enim falsis de Ichyra & Arsenio criminibus damnatus est: in Antiocheno crimini datum, quòd pristinam sedem, unde synodali, ut aiebant, iudicio pulsus fuerat, sine Episcoporum auctoritate repetiisset. De recepto autem ad communionem Marcello, aliisque Arianorum sententia damnatis, in Sardicensi demum synodo ab Ariani infimulatus est; quod ex ipsa illorum synodica in Hilarii fragmentis observare est. Quare ad synodum Sardicensis spectabat hæc accusatio, & alieno ut dixi loco apud Severum prolata est. Falsum igitur in prima sua Photini damnatione, multisque modis hallucinatum auctorem dissertationis hæctenus offendimus. nunc ad reliquas pergamus.

Post hæc in Sardicensi Concilio iterum fuisse damnatum auctore asserit Epiphanius, qui Photinum narrat in Sardicensi Occidentali synodo depositum. Ac ne ambiguum foret, quia secedentibus apud Sardicam Ariani synodus bifariam divisa est, ab utra parte damnatum intelligeremus, à Catholicis damnatum affirmat, & hoc addit ipse de suo. Itane verò ut damnatum à Catholicis eo iudicio Photinum credamus, in quo an Catholicorum quam sederet incertum; hæreticus omnium consensu præfuit & primas partes egit Semiarianorum princeps Basilius Ancyranus? Credet hoc affirmanti qui volet, nobis non persuadebit. Porro cum damnati Episcoporumque dejecti Photini nulla in Sardicensibus actis sit mentio, & quæ de Photini exauddatione, deque Basili cum Photino disputatione, ab Epiphaniotamquam

Lib. 2. c. 15. Pag. 164. Lib. 2. Hist.

Difert. p. 189.

Lib. 2. p. 16.

Difert. p. 189.